



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Quum insideres equis tuis, currus tui salus. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

## ANNOTATIONES.

missos facio, Nec in hunc ordinem Mesopotamie rex  
censeri potest. Et id non obscurum est, Chus & Chu-  
san eandem posse rem esse, in Hebreæ lingua uno uel  
appposito, uel semoto elemento Nun. Ad hæc Mose in  
hymno suo, Exo. 15. canit, ut finitime regiones stupenda-  
tæ sint, ubi tanta opera & signa resciuerant. Atq; id  
est quod ait, uidebam, id est, illic quisquam uidere po-  
tuisset, ut Aethiopes propè algosum mare, Aegyptio-  
rum uicini timuissent sibi, & in ær umna, dolore & an-  
gustia fuissent. Et alij pariter eorum uicini, in altero  
maris latere, Midianite, omnes à Deo Israël terreban-  
tur, qui sic cum Pharaone egerat.

Nonne in fluctibus irascebaris Do VIII.  
mine, et furor tuus in aqua erat, & ira  
tua in mari?

Quum insideres equis tuis, currus IX.  
tui salus.

Et adfirmative, & negatiue uersus hic intelligi po-  
test, sed Negatio mihi magis arridet, ut hæc sit sente-  
tia. Postquam aliquot insignia recensuit miracula, hila  
rem ad Dcūm excusum facit, quo dulciter & blandu-  
le cum eo cōuersatur, hunc in modum, Arbitror sane,  
misericordē nō iratum te fuisse, quom in fluctibus ma-  
ris aquarumq; eius, ab equis portarcris, & curribus  
tuis uehereris i. ab equis & curribus Israël. Tu enim  
eras qui transducebas eos, ut nihil, præterquam salus

I 6 & uictoria

Quietoria adesset. Illic neque furor, neq; indignatio, profecto uestigari poterat, quibus populo tuo succensus. Cui uero adfirmatus intellectus magis placet, sicut & redditus est, illi, furor & indignatio in Aegyptios uertenda sunt, quos, ut populū suum eriperet cecidit. Nemini uero dubium esse debet, filios Israēl, sine equis & curribus non fuisse, armati enim exibant, ut Moše Exo. 15. habet, instar exercitus, ad bella prosectori.

x. Excitabas arcum tuum, iuxta iuramentum tribubus præstitum. Sela.

Per arcum, uniuersa arma bellica, intelligit, ut Psalmo. 77. Filij Ephraim, quorum intererat gestare arcum. Præterea Gene. 49. per patriarcham Iacob Deus arcum Ephraim firmum fore loquitus est &c. Id ipsum hic, iuramentum præstare tribubus Habacuc uocat. Atq; hic uersus, rursum fulgorem ostendit quenam, penes quem Deus cognoscibilem se reddebat. Ac ea potest esse clades, qua Iosua Amalechitas adflxit, Exod. 17. uel regem Harad Numeri. 31. uel reges Sihon et Og, uel qua illos omnes percussit. Nam dicturus est. Quomodo Deus arcum illorum excitarit, confortabitq; quod in bellis fortunati fuerint.

Partiebaris flumina in terram.

. Alius